

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14678

jori Ecclesia beati Iohannis Baptiste ac
sancti martyris Stephani ad defensio-
nem civium, Deo id misericorditer ope-
rante, sanctus Episcopus reliquias glo-
riosorum martyrum in praedicta Eccle-
sia post venerabile altare decentissima
sepultura recondidit, ac posteris civibus
suis profuturas honorabiliter commen-
davit. Sed post, interposito tempore,
regnante gloriose Rege Carolo Ludo-
vici Imperatoris filio, iterum reliquiae
beati Cypriani ad monasterium novum
quod idem Rex augustus construxit in
Compendio Palatio suo, eo jubente
translatæ sunt.

Idem in Chronico, ad annum DCCCX.

Bernardus Viennensis Episcopus erat,
& LEIDRADVS Lugdunensis, qui
initio imperij Ludovici Imperatoris
Suectionis monasterij locum petiit; & in
eius loco Agobardus &c. *Vide supra in-*
ter elogia Agobardi.

Hugo Abbas Flaviniacensis in
Chronico.

Post Adonem Hilduinus nepos ejus
Lugdunensem Ecclesiam paululum non
Episcopus tenuit; & abscedens, Lirinis
monachus factus est. Post quem Lugdu-
nensem Ecclesiam LEIDRADVS

suscepit, honori Reipublicæ utilis.

LEIDRADVS verò in initio impe-
rij Ludovici Imperatoris Sueßionense
monasterium petiit, & in loco ejus Ago-
bardus substituitur.

|||||

DE AMVLONE.

*Auctor brevioris Chronicis S. Benigni
Divionensis.*

DCCCXL. Hoc anno sanctæ memo-
riæ Agobardus Lugdunensis Episcopus
obiit viii. Idus Iulij. AMOLO præ-
fati Episcopi Diaconus ordinatur Epis-
copus Lugdunensis xviii. Kalendas
Februarias.

*Hugo Abbas Flaviniacensis in Historiæ
suæ collectaneis.*

Post Agobardum AMOLO quoque
Lugdunensium Episcopatum suscepit.
cujus auctoritas & amor Caroli Regis
erga eum multùm valuit sancto Papæ
Leoni, ut ipse Leo testatur in epistola
ad eum missa.

*Lupus Abbas Ferrariensis in epistola LXXX.
ad Vſuardum Abbatem.*

Non estis obliti quemadmodum vo-

i iiii